



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**IOAN. PETRI || MAFFEI, || BERGOMATIS, || E SOCIETATE ||
IESV, || HISTORiarVM || INDICARVM || LIBRI XVI. ||
SELECTARVM, ITEM, EX || INDIA EPISTOLARVM || LIBRI
IV. ||**

Maffei, Giovanni Pietro

Coloniae Agrippinae, Anno M.D.XC.

VD16 M 105

Historiarvm Indicarvm Liber Septimvs.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64627](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64627)

HISTORIARVM

INDICARVM

LIBER SEPTIMVS.

INTEREA Sultanus Campson, ad abolendam acceptæ ad Dium cladis maculam, & arcendos Arabia Lusitanos, classem omni conatu ad Suezium reparabat, auctore maxime Hoceno Persa, de quo supra docuimus. Is, cum ex Diensi prælio, Campsonis iram non sine causa pertimescens, ad Mamudium perfugisset Cambaia Regem; placandi Campsonis, & recuperandæ pristinæ dignitatis & gratiæ, tale consilium iniit. Gidda est emporium in Arabico sinu, diei ferme itinere à Meca; idemque portus peregrinis, qui praua inducti religione, ad falsi prophetæ sepulchrum vndique confluunt. Ea vrbs, quod nullis clausa mœnibus, nullo præsidio vel arce teneretur; & aliquoties iam à Campsone defecerat, & Arabum campestrium, quos vocant Baduinos, incursionibus repentinis erat vehementer infesta. Porrò Lusitani si frequenti nauigatione ijs regionibus adsuescerent; metuendum erat, ne Gidda nullo negotio occupata, eodem impetu Mekanam euerterent ædem; ac Mahometis reliquias, ad solatium interceptæ ab Saracenis Hierosolymæ, dissiparent. Eo animaduerso periculo Hocenus, totam rem cum Cambaiano Rege primùm, dein cum satrapis & principibus contulit. publicamque iactando causam; & religionem ac pietatē (vt sæpè fit) priuatis rationibus

pratexendo, facile obtinuit, vt contra vim Libani
 nam, cingendæ muris Giddæ magna sibi citius
 Rege, tum à priuatis, pecuniæ subsidia præbe-
 tur. Cum ijs subsidijs Giddam delatus, ingens
 oppidanorum lætitia excipitur. Inde primus
 sus Campsonem compellare per litteras, culpa
 dis nuper acceptæ, neglectas in religiones, &
 stam numinis iram artificiosè collata; docet,
 esse in animo, ad sacrarium Mahometis abor-
 tuendum iniuria, & Lusitanos Arabico litore
 hibendos, Giddam vndique apertam firmare
 nimentis: id vbi summa ciuium voluntate peti-
 rit; tum etiam, in Campsonis gratiam, nec opor-
 tibus ijs arcem imponere; ne, quod antea fecerit
 in posterum ab eius imperio atq; auctoritate
 scilcant. In eam rem assatim sibi pecuniæ aliam
 suppetere: tantum à Campsone sibi peritis
 toribus opus esse, postremò hortabatur, vt ad
 sum conatus nostrorum, classem sine mora re-
 ret: accensisque ad Mahometanam tuendam
 Christianosque pellendos, Indorum principum
 studijs, ne deesset. Ea satisfactio, tamque
 studio religionis delinitus Campson, non in
 dō posuit; sed etiam structores & architectos
 dam extemplò deportandos curauit: quorum
 dua opera, & Hoceni sedulitate, breui murus
 propugnaculis vrbi circumdatus est. arcis
 endæ, quod maturum eius rei tempus nondum
 set, cura in posterum dilata. Simul etiam, con-
 prehensis in Alexandrino portu naualibus
 Italici maximè generis, & cum noua materia
 missis, vt ante, Suezium; classis ædificata
 iorum nauium, quæ partim remis, partim
 agerentur, septem circiter & viginii. In cau-
 pib.
 Ara
 mè
 sum
 Mit
 fin
 no;
 mil
 rab
 ac l
 qui
 sen
 one
 ver
 pro
 tia
 ac
 us
 un
 ad
 rel
 sti
 da
 Si
 mi
 ma
 ab
 te
 ra
 ge
 q
 cu
 n

piatæ impositi ad tria millia, misti Mammaluci Arabesque; & ex alijs nationibus Christianæ fidei desertores. Omnibus ijs præpositus cum summo imperio nobilis archipirata Solimanus Mitylenæus, qui tum propter atrocitiam Turcicis finibus exsulabat, adiuncto legato eodem Hoceno; quem pro Mir Hoceno, Amirasen, vocabuli similitudine decepti, dixerunt nonnulli. Erant tum Arabicæ fauces, quasi victoriæ præmium, Aegyptijs ac Lusitanis in medio positæ: neque erat dubium, quin utriusque priores ea claustra custodijs occupassent; Arabicum pelagus, totamque eam nauigationem essent in potestate habituri. itaque iisdem utrinque artibus & consilijs certabatur. utrisque propositum erat Adeno potiri: si id minus esset sententia cederet; vicinum aliquem locum permunire, atque obtinere præsidij. Quod cum Albuquerque iam ante frustra tentasset; tum Solimanus quoque aggressus, cum vniuersa classe primum omnium Adenum accessit. & initio conatus oppidanos ad voluntariam deditionem allicere; cum ferocia responsa tulisset; urbem summa vi oppugnare constituit, ignarus, præter muros turreisque præualidas, quam illa firmo ac fideli præsidio teneretur. Si quidem ad primos Aegyptiæ classis nuntios, Amiriani præfecti accitu, non è vicinis modò locis magna auxilia conuenerant; sed ipse quoque Rex, ab Elach vrbe, quæ caput est regni, cum haud contemnenda militum manu raptim eò sese contulerat. Igitur admotis ab Solimano triremibus, vario genere tormentorum vrbs acriter quati capta, iamque crebris ictibus labefacta nõ exigua muri pars cum ingenti fragore prociderat: & Solimanus Mammalucos ad ineundam forti animo pugnam hor-

tatus, veteremque militiæ gloriam nouo decor
 augendam; copias ad litus exponit. perque
 factum ruina iter ausus in urbem irrumperet,
 ter opinionem acerrimè resistentibus oppidanis
 cum magna suorum cæde, vulneribusque repul-
 litur. Ergo, tum ex propugnatorum frequentia
 ex vnus temerè tentati prælij euentu comedit
 quam non suarum virium ea oppugnatio effe-
 scens trepidè nauibus, retrò ad Camaranum
 tit iter. Ibi, exposito omni fabrili instrumento
 donec arcis extruendæ locus eligitur, ac posita
 fundamentis, intenta cura & labore murus ducit
 tur latus pedes duodeciginta. Cæterum, super-
 te in id multitudine, Solimanus, ne otiosa inter-
 haberet statiuæ; Hocenum cum nauali maxima
 ba ad opus promouendum reliquit. ipse cum
 dito milite in continentem egressus; oppidanis
 rabia Felicis, Zebitum, duodecim ferme leu-
 mari, improviso aduentu cepit. Locus erat
 fertus opibus; tum etiam elegantia & cultu
 dus, ibi dum Solimanus partim amœnitate re-
 nis, partim dulcedine prædæ retentus, moram
 hit; interea ad Camaranum tristes nuntij in-
 auctore afferuntur, Campsonem cum omnibus
 pijs ab Selymo Ottomano deletum. Hocenum,
 & ab innato Persis in Græcos odio, Solimanus
 uersaretur; & antelatum eum sibi in maris præ-
 clura periniquo pateretur animo, oblatam occa-
 onem auide arripuit, ab eius auctoritate, claus-
 os abducendi, concione aduocata, cunctos hor-
 tur, ut quoniam Aegyptia res in extremum fra-
 ducta discrimen; operosa, & inuiti abiecta mu-
 cione, secum ad urbem Giddam è vestigio rediret
 oppidumque in primis opportunum, ac recem-

firmatum opere; itemque classem tanto impendio & labore paratam, Aegyptio imperio seruare nitantur. Neque in id, consulto imperatore opus esse; qui & incerta fide vir, & natura Ottomanico addictus nomini; quæ prima se dederit facultas placandi ac demerendi Selymi, nulla iurifurandi religione rem Aegyptiam sit hosti tereterrimo proditurus. Ea oratione gratius nihil ad aures Aegyptiorum accidere potuit. nam præterquam quod cæli, & aquarum grauitate, valetudo maximæ partis tentari erat capta; fremebant insuper, se in lordido, ac laborioso, & nullius emolumenti ministerio relictos; cum interim ceteri, partim vrbis opulentæ spolijs ditarentur; partim etiam ad satietatem se se in somnum, ac cibum, aliasque voluptates immergerent. Inde, omiſſa ædificatione, vnanimis Giddam extemplo traieciunt; nauigijs aliquot ad Arabicum littus non tam in Solimani gratiam, quam ad Mammalucos deportandos relictis. Id ubi reſciuit imperator; idus atrocitate facinoris, perfidum ac ſeditioſum Hocenum increpitans, cum ea quam habebat manu sine mora ſubſequitur. Ad vrbem Giddam appropinquantem portam ab Hoceno clauſam, tum verò accenſus rabie ac furore Solimanus palam se ad oppugnationem accingere, cruentaque inter ipſos Mahometanos haud dubie pugna imminerebat; ni Paracates, Mecanæ præſul ædis, cognito periculo, conſeſſim aduolaſſet. Eius aduentu ſedata certamina, patuitque Solimano introitus, ea lege, vt dum de Campſonis voluntate vel obitu certiora afferrentur, ijs quas tum habebat copijs dux vterque ſeparatim præſſet. Ceterum intromiſſus Mitylenæus, fide nimis egit Aegyptia. Comprehenſum fraude Hocenum,

cenum, uti opibus imperioq; plus poterat, in
 cula conijcit: dein silentio noctis prouectum
 remi in altum, fluctibus mergi iubet. Ita, ad
 Solimanum, rerū omnium potestas, & arbitriū
 redijt. Ac paulo post, explorato & cognito
 Campsonis exitu; ut in gratiam cum Selymo
 ret, trahendis in Ottomanicam ditionem
 bus circa nationibus populisque, operam
 nauauit egregiam: ac demum ab Solimano
 mi filio Cairi præfecturam adeptus est. At
 nuel, de Sultani comparatione rursus ab
 certior factus; ad Prætorem Lupum Soarium
 rebus ijs maturè perscripserat; mandaueratque
 contra eum apparatus summa ope instruer
 se: ac quanta maxima posset classe vltro ad
 biam tenderet; neu Aegyptios cum Indis
 gi (nam id erat ijs initio constitutum) vlla
 ne pateretur. Soarius, ab dimisso in Sinas
 dio, statim ad eam expeditionem omnes cura
 cogitationes intenderat: adhibitaq; diligent
 ues, quot antea nunquam, septem & triginta
 ctis rebus ornarat. Cum ijs profectus ab
 ter Cambaiam Armuziamque, repente ad
 num applicuit. Percussus inopinato aduen
 classis magnitudine Amirianus, qui magnam
 ri partem è recenti Aegyptiorum oppugn
 stratam adhuc ruinis haberet; excidium in
 tempore paruit; & clauis vrbis confestim
 tanum suppliciter misit: & cur sibi minus
 buquercio conuenisset, causatus præfractum
 sperum ingenium viri; sese ad urbem de
 accipiendum intro præsidium, & imperata
 da paratum ostendit. Omnino præclara erat
 sio tam opportuna potiundæ vrbis; & ma

Lusitanæ compendio, Saracenis & Aegyptijs Indicum mare in omne tempus intercludendi. Verum Soarius, antiqui moris homo, qui nimirum alienam è sua aestimaret fide, ne quid copiarum in ea custodia relinquere cogeretur; atq; vt quàm integerrimas ad hostem afferret vires; prano, quin potius nullo consilio, rem in posterum distulit: in præsentia, commeatu multiplici in classem exacto, ad Camaranum processit. At Amirianus, & incolæ, ingenti leuati metu, nulla mora interposita reficere muros, alimenta conuehere, custodias augere, nitiq;ue certatim, vt tam eximie, tamq;ue in speratæ superum in sese indulgentiæ, pro sua quisque parte respondeant. Interim ad Camaranum fœda tempestate naues Lusitanæ amissæ quattuor; quibus, præter validam iuuentutem, omnis etiam vehebatur ædificandi apparatus. dein, cum nusquam appareret hostis; dimissæ ad explorandos maris recessus aliquot actuarie. In eas cum incidisset excussum ex Aegyptia classe nauigium, in quo erant Italicæ fabri fere triginta, cognitum ex ijs est, Solimanum Giddæ se continere, subductis in tutum nauibus. magnam ibi sollicitudinem, magnum esse terrorem; quod Lusitani ad dimicandum parati omnium virium mole aduentare dicantur. proinde, si perculsis quàm primùm instet; urbem haud dubie vel armis, vel conditionibus, in potestatem esse venturam. Hoc nuntio erectus Prætor, ex templò Giddam iter edixit. Vt in conspectu fuit classis, primò in vrbe vsq; ad eò trepidatum est, vt desperata defensione oppidani vulgò pararent fugam: Prætoris dein mora, & Solimani adhortatio restituit animos. Et copie ab eodem extra mœnia productæ, ad ostentandam hosti fiduciam,

ciam, instructo agmine decurrere. Addebat
 ciam ipsa loci regio: quod vrbs à mari, admodum
 fidiolo accessu, cœcis & humilibus circa vadit,
 no tantum, & eo sinuoso ac perangusto aditum
 ripo, cuius cum in ipso flexu castellum excitatum
 tum etiam alijs locis tormenta in hostes oppor-
 nè direxerant. Quæ omnia non tam ad reficiendos
 ex timore oppidanos, quàm ad absterrendum
 gressu Prætorem valuere. Ergo, ne Lusitanam
 in discrimen obijceret, nequicquam expositam
 pugnam milite, & minoribus præfectis tantam
 nauis notam inuri nomini Lusitano querebant.
 Prætor oppido abstinuit; paucas tantum nauis
 portu succendit: ac tanto apparatu nulla re
 explodentibus & exsibilantibus de more barbaris
 ineunte iam hyeme ad Camaranum reuertit.
 quod nulla ad ædificandum cæmenta suppetere
 inchoatum ab Aegyptijs opus institerit demum
 Quo in opere dum dies noctesque naualis
 versatur; ex aeris intemperie grassari morbus
 classarios cepit: ac paucis mensibus tetra lue
 sumpti permulti, accedebat ad grauitatē cœli
 gna annonæ difficultas, vt in deserto loco, & in
 li circa regione. Tantum è Ceilifo proximo
 Arabes venalia cibaria ad littus comportare
 perunt, sed carē Lusitanis id subsidium stetit.
 bus vnus e classe ad commercium quotidie
 meabat. Is, cum nihil tale nostri timerent; ab
 bus speculatorijs Aegyptiorum nauigijs, in
 & fraude Ceilifanorum excipitur. Lusitani
 decim in eo lembo nauigabant. Comprehensi
 nes, & minimè tum vulgari munere, ad Solimanum
 ab Solimano transmisi iunt. Inter hæc clades
 ærumnas, hyberna transacta, & aperiente

vere, Prætor, ne nihil omnino egisse videretur; ex Arabico sinu ad Africum littus traiecit. Aualites ibi est emporium olim nobilissimum: nunc, vt humanæ sunt vices, negotiatoribus infrequens, ac vulgò Zeila appellatur; nullis vallatū mœnibus, aut propugnaculis: ac tum, propter finitima cum Abassino bella, magna ex parte desertum, modico, tantum in speciem, reguli præsidio tenebatur. Id oppidum, quod Solimano Adenum petenti enixe fauerat, omniaque necessaria benigne suppeditarat; Lusitanus Prætor oppugnare ac delere constituit. Expositis cohortibus aliquot, per minores duces haud ita magno certamine confecta res est: caesisque custodibus, in ipsa tecta facibus & incendijs adeò acerbè sænitum, vt ne alimentis quidem, quibus vel maximè egebant, Lusitani pepercerint: nimirum Adenica freti copia, quò Prætor tanquam ad certam possessionem tota spe & cupiditate ferebatur. sed cum improvida longè fefellit opinio. siquidem ab Zeilana clade tranfuectus Adenum, cum ab Amiriano fidem promissi peteret; magno suo dolore denique sensit; quàm fugacia sint occasionum momenta, & quàm irrevocabilis rerum bene gerendarum præternolet oportunitas. Amirianus quippe, dum rubro mari Lusitani vagantur, non modò novis operibus militibusque firmarat urbem; sed etiam per exploratores, de naufragijs interituque nostrorum, ac turpi ab Gidda recessu didicerat. Itaque rediens quassata classe & imminutis copijs Prætor, adeò non movit oppidanos, vt ijs etiam ludibrio & cōtemptui fuerit. In summa rerum inopia, portu excludius, modica vix aquatione impetrata, plenus damni ac mœroris, Indiam irrita expeditione repe-

repetijt. Quæ dein ab Aegypto res per aliquot
 annos fuere, dum Ottomanus, extincto Sulthano
 & sublatis ab radice Mammalucis, Alexandrinum
 imperium, & Africæ noua regna sibi conseruit.
 Per eosdem ferme dies, quibus circa Arabiam
 ualis afflicta res est, ne Goa quidem vrbs multo
 ab extremo periculo abfuit vnus hominis temerari-
 ritate, quem arcta sibi affinitate deuinctum de-
 dens Prætor, Goæ Præfectum per ampla cum
 fteate reliquerat. Huic similtas uetus cum Cal-
 deria quodam intercedebat, Albuquerqueij alum-
 ro egregie strenuo, qui post Prætoris profectum
 ubi summam rerum omnium penes aduerfari-
 uidit; veritus, ne is pro magistratu exercere
 micitias; ex insula in continentem profugit
 dam, quo nomine portus vicusque abest ab
 passuum circiter octo millia. Pro Idalcane
 stan ijs finibus præerat. Ab eo, propter fortu-
 nis famam Calderia comiter acceptus, in
 habebatur. Id ubi Goanus rescuuit; per inter-
 tios inimicum exsulem ab Ancostane uehementi-
 expetijt. Ancostan, qui ad rem ac dignitatem
 canis pertinere arbitraretur, tutum ad se
 esse perfugium, præsertim cum in fœdere
 iusmodi nominatim cautum fuisset; adduci
 est passus, uti receptum in fidem Lusitanum
 scenti proderet inimico. Ea re accensus Goanus
 per interpretem conuitia primùm & mox
 Ancostanem iacit; dein, specie transfuge, per
 forem Calderiæ submittit Ioannem Gometanum
 virum audacem, & ad eiusmodi promptum
 nora. Is à Calderia in hospitium benigne ac-
 tus, & in Ancostanis amicitiam ac familiaritatem
 breui perductus; cum inuitatu Ancostanis, ob-
 stan-

Etandi animi causa, in campum vnà cum cæteris
 primoribus prodijisset; per causam secretioris col-
 loquij seductum paulisper à comitatu Calderiam,
 pene in Ancostanis conspectu, nihil minus opinã-
 tem interficit, ac subditis equo calcaribus inde se
 proripit. Enimuerò indigna res omnib⁹ visa: & di-
 missis continuò equitibus, è fuga retractum infi-
 diatorem sua ipse manu Ancostan iratus obrun-
 cat. Tum verò amens furore Goanus, omnibus mo-
 dis amicum vlcisci, ac priuati odij causa, publicam
 rem in discrimen vocare non dubitat. Paschales
 tum fortè agebantur feriæ; & instabat quinquage-
 simæ diei celebritas, quam Græco nomine Pente-
 costen appellant. In eum diem Præfectus, per si-
 mulationem ludorum atque certaminum coacto
 milite, Fernandum fratrem, & Ioannem Machia-
 dum, de quo supra commemorauimus, Pondam
 quam occultissimè iubet inuadere, & Ancostane
 ipso interempto, vicum præda exhausta delere. O-
 ctoginta non amplius equites in eam rem vtri-
 que attributi, & pedites Lusitani septuaginta, &
 Indorum maior aliquanto numerus. Ij, noctu va-
 do transmissi, cum, si maturatum foret, hostes al-
 to sopore mersos in tenebris opprimere potuis-
 sent, atque id ipsum enixè Machiadus hortaretur;
 Fernandus, penes quem erat imperium, lucem
 opperiri æquè stolido ac pertinaci consilio ma-
 luit. atque hæc ducis ipsius: illa militum fuit cul-
 pa. Campum, in quo Ponda iacet, ab Goa petenti-
 bus, arctior & impeditior saltus intrādus est: cuius
 fauces vel pauci homines facillè tueantur. Ad eas
 obtinendas angustias, quò tutum, si res posceret,
 copix receptum haberent; prouido Machiadi mo-
 nitu pedites relictæ complures. ij, vt agmè præces-
 sit, ne

T

fit, ne

sit, ne prædæ postmodum expertes forent, su-
 ne per summum scelus deserta, protinus am-
 dentium vestigia subsequuntur. Vti Pondam
 propinquatum est; obscura nox & quies vni-
 textit inceptum. Aduentante dein luce, fre-
 equorum, & armorum fulgor insidias pro-
 Conclamatum ergo confestim ab incolis ad-
 est: & primò ignari quanta Lusitanorum effe-
 nus, Ancoftane duce, fluuium qui Pondam per-
 fluit, raptim transgressi, in tutum se se recipi-
 mox, paucitate nostrorum animaduersa, colla-
 que è repentino pauore animis, denuò trans-
 flumen; & in hostes palatos, atque ad rapien-
 tius quàm ad pugnam intentos, conferti ipsi
 globati dant impetum. Vix primam impetu-
 nem sustinuit Lusitanus; & paucis exceptis,
 cursu angustias repetunt, loci difficultate,
 nus virium præstantia, sese defensuri. verum
 quoq; nudas custodibus, barbari iam inlece-
 ita, in medio deprehensi Lusitani passim
 tur. Machiadus, egregia corporis & animi fir-
 dine cum aliquandiu resistisset, neque vlla
 neret spem salutis, ad Fernandum conuersus
 pe tu, inquit, si qua potes, dum hostem ego
 que summoueo: & Goã vbi perueneris, fratri
 renuntiato; dum iracundiæ dolorique in-
 ranter indulget, quàm expetenda ad præda-
 mamq; prædam præcipuos è Lusitano præda-
 serit. His dictis, miro animi ardore se rursus
 stem concitat, & egregie dimicans, multis
 sus vulneribus ipse & circa eum quinquaginta
 mē Lusitani pedites aut equites cadunt, & ali-
 numero capti septem & viginti. in ijs nobili-
 honorati viri aliquot ex Emmanuelis familia

eijus Indis, amplius centum aut occisi, aut in seruitu-
 tute abducti: ceteri notis callibus trepida fuga late-
 bras ac nemora petiere. Fernandus, inter hostium
 tela, stragēq; suorū, pernicious equi beneficio præter
 spem euasit. Ad eius cladis nuntiū, ingens luctus &
 mœror in vrbe fuit, ac vulgo liberis, aut cognatis
 orbati æquē viri ac mulieres, præfecti temeritate
 & furorem execrabantur. Idalcan verò hō tam eo
 successu, quā violata ab Lusitanis pace letari sob-
 lataq; sibi occasione, quā dudum expetisset, Goæ
 bello recuperandæ, quippe tum prælio custodibus
 imminutis, tum etiam incūte per eos dies hyeme,
 quæ in aliquot menses clausum: externæ opi mare
 esset habitura. Addebat fiduciam, deletæ in Ara-
 bico mari Lusitanæ classis quamquam incertus
 rumor; & quod inducijs nuper cum Narsingano
 Rege Crisnarao pactis, vniuerso apparatus ac totis
 viribus in bellum Goanum sibi liceret incumbere.
 Hisce adductus rationibus Idalcan, primum
 è suis ducibus, Ancostane adiuncto, Zufolarinum,
 cum sex & viginti peditum, quattuor equitū mil-
 libus ad Goam proficisci iubet. Eo terrore in vr-
 bem allato; Præfectus quotquot per æratem ferre
 arma possint, custodire muros, & locis opportunis
 stationes agere iubet. Ad Benecitarinū præcipuè in-
 tendit vigilias: & quoniam in eo publica salus ver-
 ti videbatur, ne hosti pateret introitus; quicquid
 naualium copiarū fuit, partim vada obsidere, par-
 tim circumire interdium noctuq; insula imperat. ad
 hæc, paganos, & agricolas, ne, vt olim, iter barbaris
 aperirent; intra urbem euocatos, vel in opera, vel
 in præsidia maturè distribuit. Zufolarinus, admo-
 tis ad littus copijs, cum aliquoties transitum fru-
 stra tentasset, ad extremum operibus insulā cinge-

re; & quoniam à mari (vti dictum est) nihil eo
 tempore subuehi posset; terrestribus quoque com-
 meatibus omnino institit prohibere. Ita, præci-
 omni vndiq; aditu, penuria primùm, dein fame la-
 borari tota insula cæptum, ventumq; ad vltimam
 foret; nisi, vixdum hyeme exacta, singulari Dei be-
 neficio primùm à Quiloa Ioannes Sylueria cum
 vario com meatu, & quadringentis armatis, tum
 vltiore India Raphael Pærestrellius cum for-
 bus viris; ac demum ex ipsa Lusitania cum nau-
 bus sex Antonius Saldania subuenissent. Huius
 ui subsidij fama, non absistere modò obsidione
 solarinum coegit; sed etiam Idalcanis nomine
 cem ab Lusitano petere: quæ ex veteri formula
 dalcani est data; cum eo, si nuper ad Pondam ca-
 restituerentur; & eius pacis Prætor adueniens
 ctor fieret, sequutum vtrumq; & captiui cum
 redditi, & Prætor Goam delatus, ratam habuit
 cem. Hoc maximè modo Goa tertium ab Idal-
 ne obsessa, & in summum adducta discrimen
 hostium faucibus præter opinionem eripitur. Eo-
 dem fere tempore, foedioribus etiam de causa
 dum nihil minus Lusitani præfecti, quam de ob-
 cio cogitant, amissa Malaca propemodum est. Ge-
 orgio Albuquerque, qui Abdalam summa populi
 inuidia damnarat indicta causa, Georgius Brum-
 in vrbs præfectura successerat. Is, vixdum in
 ijs, quæ exulcerata per alios erant; Malacensis
 æquè incolis ac peregrinis admodum grauis est
 & insitam ingenio violentiam in omne genus ho-
 minum cepit expromere. Mamudianæ familie
 uitij sive, quæ portorijs vel munitioibus, Alphon-
 si Albuquerque decreto, operam dabant; mercedis
 quotidianas, & alimenta subtrahere; alios a calami-
 nitati-

niatoribus circumuentos, in ergastula condere; ereptas iustis possessoribus villas & prædia, quasi ad fiscum deuoluta, amicis aut affinibus pessimo exemplo donare: iunctorum magistris, qui antea nostrorum merces quoquouersus bona fide vectare consueverant, non modò custodes apponere Lusitanos; verum etiam, nullo eorum delicto, ipsas nauium præfecturas adimere; denique, crudelitatis & auaritiæ, nefaria passim edere documenta. Ijs rebus territi qui nuper ad urbem redierant, cum de nudo diffugissent; ac nihil ferè vlla ex parte subueheretur; tanta rursus Malacæ solitudo, & rerum omnium caritas consecuta; vix vt magnis propositis immunitatibus præmijsque, & præcone circumquaq; dimisso, turbata hominum mentes sedari, atq; ad modicam celebritatem frequentissimum nuper emporium redire potuerit. Cum in peius quotidie cuncta inclinarent; accessit ad res propemodum ex toto euertendas, intestina discordia. Primum eo tempore & maximam erat Malacæ munus, arcis præfectura: quod nimirum tam recenti dominatu, tamq; infestis circa nationibus Regibusq; , Lusitanorum salus in eius arcis tutela consisteret. ac proinde, omni contempto periculo, reliqui duces ac magistratus, eum honoris gradum certatim expetebant. Georgius Brittus per eos fortè dies dolore corporis animiq; confectus, cum supremam sibi horam adesse intelligeret; Præfectum urbis Nonnium Vasaum Pereriam, vxoris fratrem sibi substituit, Regis decreto; quod ita maderat Emmanuel, vt si arcis præfecto diem obire contigisset; in eius locum urbis præfectus extemplo succederet. Britto igitur defuncto, arcem Nonnius occupat. enimuero id nullo modo ferre Antonius Patiecus

maritimæ rei præpositus; quod eâ præfecturam
 se pertinere affirmaret; præiudicata iâ ante re-
 phonsi ipsius Albuquerquei sententiâ; qui Rhoderi
 Patalino ea lege tradidisset arcem, ut eâ postmodum
 ipse relinqueret Fernâdo Petreio Andradio, per
 quem eo tempore naualis item rei erat summa
 taque nullum esse dubium, quin Georgio demer-
 tuo, protinus ea sibi vigilia debeat. Hoc cer-
 mine accensis animis, cum suos vterque sedentes
 haberet; nulla publicæ rei cura, duas in partes
 cecidit nomen Lusitanum: ac veritus Patiecus
 quid ex ea concitatione tumultus oriretur, ca-
 tem omnem, & quicquid naualis erat turba, pro-
 uam ad insulam recepit in regione Malacca. Quod
 dies aliquot obstinati ambo suspecti ne inuicem
 in prauo consilio perstitissent; neque demeritum
 de sententia vilius precibus vel auctoritate per-
 rentur; festo die quodam Patiecus in contumacia
 exscendit sacrificij causa. ac præter ipsam ar-
 cum honesto comitatu ad templum cunctis, No-
 us (edicto prius suis quid fieri vellent) in ipso
 ne apparuit; hominemque blanda compellens
 ce. Quin, ait, Patiece, nostrarum litium ac diffi-
 onum cognitoribus vtimur, communibus am-
 ac popularibus nostris, eorumque arbitrata
 mus in gratiam? cum ad ea audienda Patiecus
 prius ad portam appropinquasset; e latebris rep-
 te profiliens præualidis lacertis Thomas Non-
 clarum inter manus Patiecum in arcem rapit. Be-
 ticci comites, nouitate rei primùm attoniti; præ-
 rumper hæserunt: dein stupore in iram verso, con-
 ducis caritate vim pararent; partim præsidij me-
 tu; partim regijs minis ac denuntiationibus ter-
 riti, desistere. Ea res momentò vulgata, non modo

nou
 fit, q
 cti p
 locu
 ad re
 ribus
 lica
 lodi
 cas a
 ne si
 port
 mun
 nis
 & in
 hi, &
 cert
 dia
 am
 tis;
 rat
 bus
 mi
 Fer
 & c
 te,
 qu
 nis
 tur
 Ed
 fir
 lo
 qu
 er
 ni

nouam furoris & amentiae labem Lusitanis adspersit, quod omisso concordiae bono, tot vndique cincti periculis, inter se se contederent; verum etiam locum Alodino dies noctesque in id ipsum intento, ad regnum omni conatu repetendum, aperuit. Ciriabiges erat apud eum Raia, inter suos clarus bellica laude. Is, valida longarum nauium classe ab Alodino accepta; Muaris fluminis ostia petijt, leucas à Malaca non amplius quinque: aduersoq; amne subuectus, in terram egreditur; ac loco peropportuno, è robusta materia densatoq; aggere permunit castra: inde, vti nuper Lacfamana, repentinis excursionibus mare prorsus infestum habere, & in conspectum vrbs Malacæ identidem prouehi, & mox recipere sese; vt, si qua posset, irritatos certamine Lusitanos, ad paratas intra flumen insidias de more perliceret. Harum rerum nuntijs Goam per Verissimum Patiecum Antonij fratrem allatis; Prætor Soarius, qui ex Arabia paulo ante redierat, Alexium Menesium cū nauibus tribus, in quibus erant bellatores trecenti, Malacam celeriter misit. ac sub idem fere tempus illuc è Sinis etiam Fernandus Andradius, non exiguo cum apparatu & copijs appulit. Horum aduentu atq; auctoritate, gliticens denuò Lusitanorū intestina discordia, quamuis ægrè sublata: & simul, à Menesio ad Sionis Regem, quicum ab ipso iam Albuquerque instituta erat amicitia, legatus Emmanuelis nomine, Eduardus Coelius mittitur, partim eius amicitiae firmandæ causa; partim etiam vt eadem opera colonos ab Rege peteret frequentandæ Malacæ, & quæstuosissimo eius ore commercio Mahometanis eripiendo. Coelius ad urbem Hudiam, quod regni caput est, Sionia nauis delatus; Emmanuelis

litteras ac dona reddidit Regi. dein iure iuratum
 vtrinq̄ renouatum est foedus. cuius foederis
 stem Coelius celeberrimo vr̄bis loco praefixit
 ligneam Crucem summa Regis voluntate defixit.
 Ita Coelius, rebus admodum ex voluntate tran-
 sitis; ac duarum insuper nauium praesidio adu-
 ab Rege, latus Hudia soluit. & Cambosanan-
 ram praene praeteruectus, quod a Patanis accessu
 pestate prohiberetur; dum ad Sincapuram nauis
 fariò cursum intendit, transuerso repente Euro
 litus Panis eijcitur. Potiebatur eius terrae, ut
 praemonstratum est, regulus is qui Alodini
 rem habuerat in matrimonio: ac tum forte ab
 Alodino ipso, incertum quibus de causis, grauius
 fidebat. naufragos igitur Lusitanos haud immo-
 tò sibi dissidentes, metuenteisque, non modo
 pro accepta olim ad Malacam ignominia dam-
 que tractauit; sed etiam contra gentis morem
 pignè & comiter excepit hospitio. Quin, pro-
 to Lusitanæ societatis commodo simul & me-
 mento, ac Malacensis praecipue commercij ve-
 mo quaestu; facile sibi persuaderi à Coelio cepit
 sus, vt multorum exemplo dynastarum & Regum
 se se cum honorario vectigali ad Emmanu-
 adiungeret. ita, vas aureum librarum circiter
 in annum tributum est pactus. quam tamen
 de fidem, ab ingenij mobilitate non diu colunt.
 ter hæc, Alodinus de Menesij Andradijque adu-
 tu per exploratores certior factus, tot in vr̄be
 coactis Lusitanis vtique aperta vi sese impu-
 ratus; ad solitas artes dolosque confugit. simul
 belli tædio, pacem eo consilio petijt; vt nauis
 trò citroque mittendis rem in discessum ven-
 ducis extraheret: quippe quos & reuerſos

dos, & secum vnâ florem Lusitanæ iuuentutis deportaturos esse non ignorabat. Neq; sagacem astutiam viri, frustratus euentus est. Deceptos iam aliquoties Lusitanos, improba negotiâdi cupiditas, & nimius reuiscendæ patriæ amor, nonam in fraudem impulit. Inæstatis vtrinque conditionibus, atque ita approbatis, vt nihil ad firmum stabilemq; concordiam, præter Soarij Prætoris auctoritatem, deesse videretur; eius auctoritatis impetratâ suscepto munere, quæ prima nauigandi facultas data est, Menesius, & Andradius cum egregio comitatu Goam petière. At Alodinus à Bintano progressus ad Pagum (id vico nomen; alij Pagodem appellât) occultè paratam interea classem, ad eas quas habebat naues adiunxit: auditoq; ducum Lusitanorû discessu, ad arcem oppugnandam extemplò copias omnes æquè maritimas ac terrestres admouit. Nihil tam inopinatum nostris accidere tali tempore potuit. oppressi, vix ad arma capiendâ spatium habuère. itaque eo die defensa agrè moenia sunt. Inde, cum sapius vrgerentur; nec vigilijs tantum, sed etiam omni vndique commeatu prohibito, fame laborarent; longè peiore quàm antea, loco res Lusitana esse cæperat: actumq; de ea procul dubio foret; ni planè insperatum subsidium Deus rebus iam perditis attulisset. Iauensis quidam erat in hostium castris vir cum pecuniosus & clarus, tum etiam consilio manuq; promptissimus. Is, grauius ab Alodino acceptis iniurijs, quas salua dignitate ferre non posset; accensus vlciscendi cupiditate, ad Lusitanos capta occasione transfugit. eo duce atque adiutore, vt erat locorum ac temporum bene peritus, Lusitani fidis aliquot Malacensibus in expeditionem assumptis, agmine silenti profecti, su-

T s

ci, su-

ſti, ſubito viciffim impetu caſtra hoſtium cum
 gna cæde expugnarunt, prædæ haud ita multæ
 ijs inuentum, tormenta, plæraque ex ære, auri
 trecenta. Quominus Pagum victrici claſſe
 contenderent, ipſumq; Alodinum oppugnat
 obiectis trãſuerſo flumine munitionibus, cuius
 iſque paſſim in ripa diſpoſitis, in præſentia
 hibiti ſunt. cæterum eo facto reſpreſa inter
 ranni ferocia, atque ad leuandam annonam
 liquot meſes laxamenti nonnihil noſtris
 tum. Dum in hac rerum viciffitudine Malaca
 fluctuat, Soarius Prætor ducibus alijs alio
 ad maria tutanda; ipſe cum ſeptingëtis armatis
 Ceilanum ſiue Taprobanam, nauium viginti
 claſſe contendit. Cum Callenſi reguli
 multos annos (vt ſupra memorauimus) Laurencium
 meida pacem ac ſocietatem inierat; Soarius
 bani præcipuè reguli amicitiam & commercium
 expetebat, quod in eius poteſtate laudatiffimam
 namoni ſyluas eſſe non dubiè comperiffet. cuius
 tem rei fama commotus Emmanuel, id ipſi
 litteras accurate mandauerat. Igitur delato
 ſpectum Ceilani Soario; & Columbanam prætor
 oram oculis perluſtranti, locus occurrit ad
 appulſum, & arcis ædificationem idoneus
 figura littus in mare procurrit; curuo que ad
 capaceſt portum, in quem ex inſula
 gabile flumen illabitur. huc applicita claſſe
 tij conſeſtim ad regulum miſi, foederis
 amicitia cauſa; poſtulatamque de more,
 vſum diuerſorij, merciumque cuſtodiam
 tra inſidias maxime Saracenorum, caſtellum
 bi liceret extruere, non tam Luſitanis,
 incolis & regulo ipſi, præſidio ac munere

futurem. E Brachmanum disciplina, vt ceteri ferre Indi, erat regulus, atque adeo Brachmanes ipsemet, neque ita pollens habebatur ea tempestate viris armisque. quocirca, & patrijs institutis peregrinas religiones auersabatur; & in tam tenera insula haud immerito Lusitanam extimescebat vim. Attamen, reputans apud animum suum, quam ex tenui fortuna vicinus Cocini Rex, post initam cum Lusitano amicitiam, ad quantas opes breui tempore peruenisset; eiusdem successus, & emolumentum cupiditate ac spe captus; & de foderere, & de castello, non tamen sine aliqua sollicitudine assensus est. Ceterum haud ita diu in sententia persistit. Saraceni ex continente profugi, vel in primis vtilem in ea insula negotiationem paulo ante instituerant. ij, mortetritius rati, inde quoque ab Lusitanis pelli se; toto connixi impetu, regios consiliarios pecunia muneribusque; regulum ipsum adhuc fluctuantem, cum alijs rationibus, tum proposito miserimæ seruitutis metu, facile ab ea mente deducunt, neque id modo, sed etiam ad arcendos aditu Lusitanos, vltro suam ipsi nauant operam: ijsque præsertim instantibus operi, hortantibusque insulanos, munitiones raptim excitantur. ibi ferrea nonnulla tormenta disposita; & simul, ad nouam societatem planè dirimendam, Lusitani pauci, qui, vt in pacatam regionem securi descenderant, intercepti. Soario ad opus inchoandum in terram egredienti, obiecta munitio præter expectationem apparuit. missi protinus ad rem cognoscendam aliquot expediti, renuntiant, mistos insulanis Saracenos in statione versari, ita Mahometanum scelus haud dubiè patuit, & Soarius, ommissa inte-

rime

rim ædificatione, copias ad pugnam exponere ac dit
 noque vsus militum ardore, quamquam affluere que a
 culantibus contra barbaris, ad ipsa tormenta cum q
 cedit. Aliquantum laboris ac periculi fuit, sine in
 lis eminus dimicatur. ast vbi ad manus veni uenit
 momento dissectis munitionibus, hostes an ret i
 auersi: tum fugientibus acrius instare Lusitanis, & vig
 neque aut ignotis callibus, aut occurrentibus ris, au
 uis ab insequendo desistere, quoad Prætoris tos pu
 tuba dato, palatos iam ac dispersos ab effulsi dem c
 tu reuocauit, Magnus hostium numerus capse &
 prælio, nec Lusitano gratis victoria stetit, rent.
 ti iaculis fermè sagittisque complures: non posita
 etiã desiderati, in ijs Verissimus Patiecus, are agg
 laca paulo ante redierat. Ab ea pugna, Sotius breui
 nius diei quiete militibus data, postridie pæne anner
 ce rursus cum omni fabрили apparatus defecit uit. o
 fossam à portu vastum ad mare duxit pro Anto
 nemine, intra eam fossam vallum erigitur, ai m
 tis in hostem obuersis: dein modico interm nis m
 ditur murus, barbarorum terrori magis, tum tium
 peris firmitati propter calcis inopiam, quæ ferm
 argilla cæmentis. Hæc ingenti classario rum rio P
 mine confestim peracta, & regulus, cum ab So
 ictus pugna; tum surgentis operis nec op prim
 litione perterritus; misso cõfestim legato, magr
 petijt eorum, quæ alieno suafu, in contulc pta s
 re egisset: atque ad iungendam ex integro genti
 tem hospitium que se se paratum ostendit, quib
 rius grauitè questus non opera tantùm, Olin
 armatis opposita, sed etiã comprehensos in ec
 posita pactione Lusitanos; præcisè negavit, git r
 tam atrocibus iniurijs aliter satisfactionem nis v
 turum, quàm si regulus ipse in Emmanuelis com.

ac ditionem cum annuo vectigali concederet. Neque abnuit Columbanus, Lusitana horrens arma, cumque super ea re præfectus regius aliquoties nõ sine interprete commasset; ad extremum ita conuenit: vti regulus Emmanueli quotannis persolueret stipendij nomine, cinnamomi pondo centum & viginti millia; annulosque duodecim, sapphyris, aut pyropis ex eadem insula inclusis: & elephantos præterea sex. Emmanuel autem, receptum in fidem Columbanum, ab hostium vi conatibusque, ipse & successores ipsius, terra marique defendere. His maximè legibus data pax: & nulla interposita mora, Soarius destinato loco arcem condere aggressus est. opus, adiuuantibus etiam regijs, breui absolutum. in eius arcis custodia Prætor Ioannem Sylueriam valido cum præsidio collocavit. oram maritimam nauibus quattuor tuendam Antonio Miradæ Azeuedio tradidit. ipse, rebus ex animi sententia confectis, & Arabicæ nauigationis magna ex parte compensato dãmno, circa initium Decembris ouãs Cocinum est reuectus. Hæc ferè in vtraque India cis Gangem & vltra, Soario Prætor per triennium gesta. Prouinciam dein ab Soario accepit Didacus Lupius Sequeria, is, qui primus Emmanuelis missu Malacã adierat. Huic, magna Indici exercitus parte varijs casibus absumpta; naues nouem cum bellatoribus mille quingentis Emmanuel in supplementum attribuit, cum quibus anno seculi hui⁹ decimo octauo profectus Ollispone, Cocinum secunda nauigatione deuenit. in eo cursu, circa promontorium Bonæ spei, contigit res minimè prætereunda silentio. Magnitudinis vaitæ piscis est in Africo Oceano, quem piscem, a figura videlicet, acum appellant (Xiphiam

ego

ego fuisse crediderim) præ longo rostro, & in
 cronem desinente; eodemque ita duro atque
 pido, ut ferrum deterat in modum limæ. Ex
 huius una, dum subterfugientem prædam fur-
 da persequitur, in aduersam onerariam ple-
 untem velis, toto impetu elata, in imas com-
 pertuso aluco, acutissimum caput infixit. Ex-
 quo dum se se per vim conatur excutere; qu-
 uis libratam suis ponderibus nauem adeo
 fecit, ut se in Syrtim impactos nauæ non sine
 rore putauerint. Quo dein ex foramine, cum
 ro quidnam esset rei magistro, sentinam ex
 nauis; Cocini demum subducta, inferrum
 nam, ut dixi, planè cubitale rostrum ostendit
 illicò extractum, & in Lusitaniam argumen-
 & miraculi caua, deinde transmissum est.
 quæria, inito magistratu; primùm circa om-
 ces præsidia noua disposuit. dein Regulam
 cala, detrectantem iugum; pactumque nup-
 manu stipendium persoluere (ut sunt leu-
 barorum ingenia) recusantem; misso ad
 tus fauces obsidendas cum nauibus ali-
 phòto Menesio, subsequuturus ipse mox,
 officiumque aut minis, aut malo redegit.
 etiam, cognito Malacam rursus ab Alodino
 uiter premi; Antonium Corream cum
 rijs ad comneas petendos, eoque imp-
 dos, proficisci iubet in regnum Pegu. cuius
 ultra Gangem positi non longè à Malaca, Te-
 ton olim urbem, caput fuisse quidam ex
 Correa, prospero cursu ad Marrabanum
 rium Pegusiorum delatus; ne in terra ad-
 gnota longius ab suis nauibus ipse disced-
 Antonium Passanium, & Melchiorum

lium cum honesto comitatu muneribusque mi-
sit ad Regem in vrbe Pegu (ex qua tota regio de-
nominatur) inde aliquot dierum itinere com-
morantem. Magna tum erat (vt sæpè diximus)
toto pænè Oriente, gloria nominis Lusitani: mag-
na cum bellicæ virtutis, tum opum ac diuitiarũ e-
xistimatio. neque minor, si per Lusitanos licitum
esset, omnes circa nationes tenebat, in Malacensi
emporio negotiandi cupiditas. Itaque Pegusia-
nus Rex, quæquam in primis tum potens ac no-
bilis; tamen haudquaquam indignatus, Antoni-
um Corream nuntios pro se misisse; comiter ijs
acceptis, duos vicissim ad eum ipse cum donis re-
misit, stabiliendæ societatis & amicitia gratia: sa-
trapam vnum; alterum pontificem; hunc, Rauli-
num; illum, Samibelganum, Pegusiorum vulgus
appellat. Vt Martabanum est ventum, post mutua
salutationis officia, conscriptæ communi conseq-
sæ, pacis & fœderis leges. tum, ad eas solenni iu-
reiurando firmandas, in celeberrimum vrbis fa-
num Antonius Correa regijque, summa populi
frequentia conuenère. totius autem cæremonia or-
do fuit eiusmodi. Samibelganus prior, in aurea
plagula diligenter inscriptas eius amicitia leges,
tum Pegusia, tum Lusitana lingua, vt & populares,
& hospites intelligerent, elata voce recitari ius-
sit. idem à nostris vicissim est factum. lectis, & sub-
scriptis conditionibus, Raulinus seu, sacrificulus,
quædam ex ritualibus Pegusiorum libris de mo-
re pronuntiat. papyracea dein segmenta crocei
coloris (qui colos apud eam gentem cultui diui-
no dicatus est) & aliquot simul arboris odoratæ
folia certis notata litteris, igne subiecto combu-
rit. Tum, suis insertam manibus, manum vtramq;
Samibel-

Samibelgani, cineribus ijs imponit, pauca
 percontans, quibus ille ita respondēbat, vti
 gis nomine ratam & fixam eam societatem
 reiuurando promitteret. Hæc omnia, summa
 tione miròque silentio peracta. Dissimiles
 rum habitus Antonius Correa comitesq; in
 cæremoniam attulerant: quippe qui vano
 ducti, Christianam fidem ethnicis iure
 obligari fas esse vix ducerent, itaque Antonius
 tu, linteatus antistes, qui nauticis præerat
 diuini humanique iuris haud multo quam
 Lusitani peritior, in medium prodit, sacre
 Christiano ritu, erant ab Antonio cum solemni
 precatōne tangēda, at qui sacerdos pro Euangeli
 biblijsve, librum ex cōposito protulit, eleganti
 artificiosè compactū; in quo varij generis
 cætica Lusitanico sermone scripta contrinebāt
 nonnullis tamen immistis, vt sit, sententijs
 libus, atque diuerbijs. Huic ergo libro dum
 nius fallacem admouet manum; diuinitus
 est, vt in ea verba ex Ecclesiaste incidere
NITAS VANITATVM, ET OMNIA VA
TAS: quod ille vbi præter omnem expectatōnem
 animaduertit, subita percussus religione
 ruit; ac præclare sensit, quàm integram & in
 tam fœderum fidem, vel cum ipsis barbaris
 cisq; esse cœleste iubeat numen, ergo apud
 inde iustum atque legitimum id iusurandum
 tonius habuit, ac si pro vulgari eo libro sacra
 cta vtriusque testamenti volumina cōtigisset
 cito in hunc modum fœdere; impositisque
 rarias mercibus, & omni genere commenda
 rea per opportunè Malacam defertur. Eius
 tus, non modò ex diuturna fame & Iqualle

seffos refecit; sed etiam animos ijs addidit ad Aloidinum ipsum vltro laceffendū, & si qua fieri poffet, ex tam vicinis fedibus tandem aliquando exturbandum. Quod ille quafi præfagiens, ad omnes eiusmodi casus multo ante sese parauerat, transuersis primū cancellis non vno loco interseperat flumen, angusto dumtaxat singulis paronibus lembisve transitu relicto. dein, sub aquas passim fistuca stipites præacutos adegerat. adhæc, densissimas vastæ magnitudinis arbores, quæ ripas fluminis dextrâ læuâque prætexunt, ad radicem ita incidit præceperat; vt perleui momento impulsæ, nauigantes obruerent. Denique non longè à Pago, qua sinuoso fluminis ambitu longiorem in cubitum prominet ripa; confibulatis è valida materia trabibus, & cespite ingesto, nouum castellum excitâr; idque non modico præsidio, nec paucis ex ære tormentis ad hostem ex obliquo feriendum instruxerat. His rebus cognitis (neque enim deerant qui cuncta renuntiarent) Correa, & Eduardus Melus, contracta minorum nauium classe, quarum pleræque remis agerentur, & bellatoribus circiter quingentis impositis, Muaris fluminis ostia petiêre. inde præmissi cum securibus dolabrisque, & firmo præsidio militum fabri ad hostiles munitiones amoliendas. ij quò validiores, ac peritiores tallium erant artium, eò celerius confecta res est. discisci cancelli; euulsi ex imo stipites; insidiosa arbores in diuersum proiectæ. ita sequenti agmini tutus ad castellum vsque fuit accessus. neque ita magno negotio, ad motis nauibus machinisque, delectum inde præsidium. Hinc, magna concepta fiducia, Lusitani ad Pagum victricem succedunt classe. Vt in conspectum oppidi venum est; dispositæ extra vallum

vallum Alodini copię cum elephantis, & sub
 de more ingens clamor, & emissã tormẽta, non
 lam cruenti prælij speciẽ præbuẽre. sed vbi eg-
 sus è nauibus Lusitanus in sicco signa conflans
 cominus gladijs contisque dimicari cœptum
 tanta planè diuinitus formido (veterum Hebræ-
 rum victoriam diceret) tantus terror hostes
 fit, vt oppido ad prædam relicto, sese in prox-
 lucos, & nota latibula fœdo cursu cõiecerint.
 pauci ex ijs in fuga verius quàm in pugna cec-
 re; cum è Lusitanis (quod præsentī diuinæ op-
 ceptum sine controuersia referas) ne vnus
 dem desideratus sit. Fugis fugarisque hostes
 ad spolianda tecta raptim discurrit miles. ab-
 sto quicquid erat pretiosi; oppidum concen-
 tum. dein Alodini parones, & varij generis
 gia in vnum coacta ferè centum, quorum erat
 quot, puppi proraq; regium in morem calat-
 auratisq;: ex eo genere nonnulla in triũphi
 reseruata. cæteris ignes iniecti. Hac tam infu-
 ctoria parta Lusitani cum summa gratulatione
 deuntes in urbẽ accepti, Alodinus, fracta, sed
 dum perdomita ingenti ferocia, ad recolligend-
 è tanta clade vires, Bintanum insulam fremen-
 mensque repetijt. Interea, vicini Malaca habit-
 alienas angustias & incommoda suam rati-
 onem; multis & grauibus iniurijs nostros ab-
 rant: ac Pacenorum præsertim tyrannus, qui
 in id regnum inuaserat, delatosque in Paceni-
 tum negotiatores aliquot Lusitanos partim
 rat mercibus, partim etiam per summũ occu-
 scelus. Ac ne Acenus quidem, quamquam locu-
 te ac fœdere iam pridẽ nostris obstrictus, in
 rũ difficultate sat se pro amicitia gesserat.

vindicandas iniurias, regulosq; ab instituto latro-
cinio deterrendos; Garzias Sala Malacę Prefectus,
Emmanuel Patiecum, vnica, verum egregie in-
structa naui dimisit. is, precipuo in Somatranos o-
dio instinctus, quod Antonium fratrem paulo an-
te in vincla coniecerant, cum alia Somatrę litto-
ra, tum verò Pacenum, Acenumque breui adeò fe-
cit infesta, vt non peregrini modò institores mul-
ti ab ea navigatione desisterent: sed etiam incolę,
piscatu, quo maximè alimento victitat ea gens,
intolerabili cum dolore damnoque abstinere-
nt. Neque præcellam Patieci nauem, atque à machi-
nis ac milite paratissimam, semiermes ipsi, mino-
ribus nauigijs aggredi satis audebant: tantum ad
opportuna insidijs loca excubare instituerant, si
quos, vt fit, in terrã egressos, per occasionem exci-
pere possent. Forte ita accidit, vt Patiecus, aquãdã
causã, Malacensi quã exercitatissimo remige in-
structam scapham intra Lacaparini fluminis ostia
mitteret. abest ea aquatio à Paceno portu millia
passuum fermè quattuor, neque ad remigum præsi-
dium propugnatores plus quinque attributi, An-
tonius Veranus Portuenis, Antonius Passanius
Alanquerianus, Franciscus Gramaxius, Ioãnes Al-
meida Quintelanus; postremi nomen intercidit.
Aquatione per otium facta, priusquã ad suos Lusitani
se se recipiant, a barbaris agniti. Et Pacenorũ
Prefectus, Raia Sudamicinus, rei subitę nuntio ex-
citus, lanciaras tres confestim expediri iubet; cor-
reptisque quę fors obrulit telis, in singulas, aptas
instructasque remigio, centum & quinquaginta ar-
matos imponit. Ea dum parantur, coorti repente
ab vtraque fluminis ripa barbari, sagittis & iacu-
lis abeutes nostros detinere nõ desinunt. & ea qui-
dem

dem mora nō admodum Lusitanos retardat. neque hostium tela, densatis vtrinque scutis exasperat. gravius aliunde malum instabat; quod vno tempore contrarius ventus & æstus accedens exitum intercluderet: neque ab socia naui, pro in salvo iactis anchoris, erat in re trepida curam quicquam expectarent. iamque raptim in lancearum haud dubiam ad prædam cum ingentis more festinant. longè tamen reliquas antea, qua Sudamicinus ipse cum iuuentutis flore habebatur. Ea re animaduversa Lusitani, tot vniuersi pressi difficultatibus, consilium ab ipsa desperatione capiunt, vtrò in aduersum hostem euntem quemadmodum sit nomine Lusitano dignum titer dimicantes occumbant prius, quam periculum mortis, in teterrimam seruitutem abducatur. Hoc ergo consilio scapham repente circumgunt: validoque remorum impulsu vix dum cesserant proræ, cum Lusitani salutari LESV mine pariter inuocato, strictis gladijs autem priores in nauigium hostile magno animum conuertunt: ac ferro primùm summovent barbaros conglobatos in vnum, ipsaque audacia obfuscatos, haud tamen incruenti ipsi ad satietatem occidunt. Nec in longum extracta est pugna. Partem cum ad vehementes gladiatorum & cupidum nuda præbuisent aliquandiu corpora; & emittentem è Lusitanorum oculis ardorem ferre vitare non possent; quâ cuique commodum est, certatim in flumen eijciunt. Sudamicinus, perterritus quicquam precibus minisque cohibere conatus, denique se ipse quoque de naui præcipitat; dolensque ac rabie accensus, vt quemque suorum modo adeptus est, elato pugione confodit. Ceteri

duabus lanciaris ex interuallo sequentes, cum, si acrius institissent, nostros vulneribus affectos ac propemodum ex sanguine nullo negotio conficere potuissent; nec opinata suorum clade percussi, terga verterunt. Ita, IESV adiuuante, e rebus perditis repetere Lusitanus victor euadit: ac nullo e suis amisso, captiuam ipsius Praefecti lanciam in altum abducit: eodem maiore omnium gratulatione ac laetitia, quod propior exitio fuerat res, Eius tam praecleari facinoris fama cum caeteris circa populis, tum praecipue regulo ipsi Paceno magnam terrorem incussit. Missis exemplum ad Patiecum, mox ad Garziam Salam legatis, demissa petijt pacem; eaque conditione impetrauit, vt cuncta per scelus ac fraudem ablata Lusitanis cum fide redderet. Hoc rerum Malacensium statu, Sequeria nouus Praetor enixe operam dabat, vt pedem, si posset, in Maldiuus insulis figeret. Ex, vt supra docuimus, Canarino, & Malabarico littori obiecta, numero plus mille censentur. Multitudinem hanc, intercurfantes euripi faciunt, ad eam angustiam, vt alibi nauium antennae iubeas arborum deterrant: alibi etiam, qui valentiores sunt viribus, ramo quopiam manibus apprehenso, ex vna in alteram insulam saltu transmittant. Multis rebus ad victum necessarijs carent incolae: sed pro ijs omnibus, vna est palma (sic enim appellant) Iudaicis & Africanis, careotas ferentibus, longe praestantior. quippe, non proceritate solum, & pulchritudine excellit; verum etiam tota prorsus in vsu est ita multiplici, vt vulgo, si quem frugi & industrium laudibus efferre volunt, palma vtiliorem appellant. Prima dos, in fructu ipso. Tengam Narlem ve Indiscocum, seu nucem Indicam Lusitani dixerunt: humani ferme capitis magnitudine, duplici operi

mento: quorum exterius, in summo laeue, superius
 tus densitate (cairum vocant) netur ac texturum
 nabis & sparti modo, cum alios in vltus, tum per
 puè in vitilium nexus, & anchoralia: neq; m
 vlla ad nauticos funes & maris impetus obsec
 tior. namque, vt falsuginem amat ea planta, s
 quoque ex ea prognatum, & marinis aquis in
 sum, identidem reuirescit: & anchoris illigat
 fluitantes in salo naues egregiè continet, non
 ab innata duritie, vel operis firmitate, quam
 ditate ipsa, & lentitia quadam ad instar corrip
 se vel in altum elato nauigio, miram in tenu
 tem extendat; vel residente, rursus in crassit
 nem contrahat. quod secus in nostris euenit
 dentibus: quæ nimirum ipsa vi ac pertinacia
 pe rumpuntur. interior autem calix, rufo
 re, & globosa rotunditate prædurus, addit
 vel argento, in pocula figuratur. ipsa vero
 mi caro, amygdalæ in modum, pingue dicit
 dam & grato sapore lactescens, non per se
 tum in cibo grata est, ac salubris; verum etiam
 bi visum fuerit, exhausto lacte, paulatim
 leum eliquatur. totus autem racemus, dum
 tener adhuc emicat fructus, nodo contridit
 leuiter incisus, in obdita oris angustia valcul
 mum instillat succum, ex quo varijs arborib
 tionibusque, veteri, vt Strabo ipse testatur, m
 to, mel seu faccarum, vinum, acetumque per
 tur. iâ folia, cum & librarijs pro papyro sicut
 co regularum imposita domibus, arceat nub
 etiam in vestes formam facili simul ac spulso
 textu necluntur. Denique, vna eademque arbor
 mnia profus ad rem nauticam instrumenta
 materiem præbet. quippe truncum & ramos

malum, affamenta, clauosque: comam in vela: cairum in funes (vt dictum est) omnium optimos, filaque ad laterum suturas: postremò cocum ipsum, quæque ex eo conficiuntur, in onera. ita, non sine miraculo quodam, omnibus planè rebus ex semet ipsa & instructa nauigat palma: eademque discissa per hyemem, viuaces ad prunas, lenta ignium alimenta suppeditat. Incolæ importato lino, sericoque, talares tunicas eleganti opere texunt: quibus honestius multo, quam cæteri Indi velant corpora. Piscantur etiam palmeis verriculis minuta conchylia (sunt qui Venerex conchæ genus putent) miro splendore, & colorum varietate. hæc, saburræ loco in onerarias indita, ac diuersas in regiones cuncta, apud Gangaridas & Sionios, vilioris moneræ exlent vicem ad res parui pretij coemèdas: apud Hesperios autem Aethiopas, cum rebus etiam carioribus permutantur. Insularum omnium caput est Maldiua; ex ea, cæteris cognomentum. ibi frequenti emporio domicilium est Regis. qui cum inita iam à Soario per Ioannem Sylueriam, vt supra demonstratum est, amicitia; ad eam stabiliendam, locumque munita apotheca de more petendum Sequeria deinceps Ioannem Gometium destinauit. Neque magnæ contentionis fuit res. Ab homine donis ac promissis illecto; & cum Lusitanæ felicitatis opumque haud ignaro; tum vectigalibus nouis rem augendi per cupido, facile non de societate modò, sed etiam de castello impetratù. id castellum ad mare Gometius, quod lapidibus & calce careret; è lignea materia glebisque raptim extruxit, ac muniit. Eius deinde operis, & quadam nominis Lusitani fiducia, vix quindecim armatorum custodia septus, cum iam nõ pro

inquinino vel hospite, sed pro tyranno ac domi-
 sese gereret, & commeantes in id emporium pe-
 grinos varijs vexaret iniurijs; repentina con-
 tione Saracenorum oppressus, vna cum suis oc-
 ditur, arce, & ijs quæ intra arcem asseruabat
 Mahometan^o potitur. ita Lusitani, quàm facili-
 tu in eas irrepserant sedes; tam leui negotio
 deinde sua culpa deiecti sunt. Nec leuiore
 plagæ per eos dies acceptæ. Goana oneraria
 cij causa Ciaulum petens, in Saracenorum, quæ
 bulum incolunt, biremes illata, prælio com-
 deprimitur. In easdem biremes Lusitana car-
 postmodum incidit (rotundæ nauius genus, quæ
 onera, tū ad militiam vtile; dromonem Graecæ
 cabulo haud incommodè fortasse quis dixerit
 tracto mox certamine, dum tormenta exercent
 ignea scintilla in sulphurei pulueris cadum
 tur inde sæuum repente coortum incendium
 ras vectoresq; omnes, vna muliere excepta, per-
 nus haufit. Ad earum rerum nuntios, ira per-
 Christophorus Sosa, qui cum nauibus aliquot
 narini maris custodia præerat; nocte sub latro-
 lacinum (is locus est agri Dabulensis) inuast
 aduentu præcognito, incolæ paulo ante dis-
 rant. Lusitanus ad prædam verlus, quam quædam
 barbarica vilisq; suppellex; tamē ab ea dulci-
 auelli non potuit; quoad, illucescēte demum
 Saraceni circiter quadringenti, sagittaria armata
 ritissimi superueniunt. Aduersus eam multitudine
 nem Sosa cum centum & quinquaginta armatis
 greditur: quorum erant sclopettarij seu fistulati
 res non pauci. Accensis vtrinque animis, præ-
 pugna coorta. Saraceni arcubus tantum intro-
 cti; primam hostilium glandium procellam
 missi
 ipsi
 it sp
 reple
 liqui
 se rec
 missi
 itaq;
 sang
 uent
 pert
 peri
 nus
 pem
 deni
 nim
 re qu
 buq;
 moc
 Indi
 Lusit
 stell
 cijs
 supe
 loæ
 gene
 regi
 ab I
 fitas
 ra v
 pul
 præ
 hio
 qua

missis corporibus excepere: tum ad sagittandum ipsi consurgunt. tamque densus ac perpetuus fuit spiculorum imber; ut Lusitano, ad fistulas replendas nihil unquam temporis aut loci reliquerint. Inde cum, sensim cedendo, ad mare se se reciperet Sosa; minimè fefellit hostem. circummissus illicò iuuenum globus, reditum interclusit. itaque Lusitani undiq; vrgeri capti: nec sine multo sanguine, vix tandè ad nauès effugium patuit. Soluentibus dein oram simul, & iaculantibus, adeò pertinaciter insitère Saraceni, alienato ab sensu periculorum animo, ut semet aquis vmbilico tenus immergerent, nauigijsq; remoradi causa, propemodum inijceret manus. Ex eo discrimine Sosa deniq; elapsus, Ciaulum ad faucios curandos, minimè secunda fama se contulit. Eodem fere tempore quattuordecim nauium clàssis, cui Georgius Albuquerque præerat, Olisipone profecta, malè admodum nauigauit. quattuor tantum eo anno in Indiam peruenere. è reliquis vna è medio cursu in Lusitaniam vento reiecta, aliam in ipso itinere Castellanus, quidam nauarchus ab Indicis commercijs ad latrocinia piraticamque conuertit. tertia, superato iam promontorio Bonæ Spei, circa Quiloæ, & Mombazæ littora, magis etiam miserabili genere cladis interiit. Mahometani eas incolunt regiones: hi, Anconino Rege interfecto, iampridè ab Lusitana societate defecerant. Cum dira necessitas cogeret, aquandi gratia, ad Matuam, eius oræ vicum, quadraginta viri ex nauì Lusitana apulerant scapham; in quibus erant primarij duor: præfectus, & gubernator. Dum egressi ad fontes do-liola complent; interim scapham, remigibus vacuam, recedens æstus in sicco destituit. Ad eam de-

V s ducento

ducendam, aptandosque remos, semiplena
 bus illicò Lusitanus accurrit, nec segnius barbari
 animaduersa re, duo circiter hominum millia
 fensis animis aduolant: nautasque partim sub
 ribus, partim à terra molientes, ad vnum omnes
 occidunt: nequicquam ceteris Lusitanis, cum
 bombardæ ictum accedere propter vada non
 sent, indignam suorum cædem ex alto spectant.
 Ac ne ipsi quidem lætiorem exitum deinde
 ti, quippe, urgente siti, dum alias aquationes
 cino conquirunt; rectore vacua nauis haud
 ab Quiloa in syrtes impingitur. Ad conspectum
 minus prædam, ingens repente affuit hostium
 momentò spoliata oneraria: & quotquot ea
 bantur cæsi, vno duntaxat relicto adolescente
 tyranno Mombazæ muneri mitterent. Alibi
 cius, dissipata classe, ignarus, ex ijs quæ non
 parebant, quò quæque delata esset, cum ceteris
 uibus ad Mosambicum exegit hyemem: ac
 de, transmissò mari, Goam insequenti demum
 state peruenit. Circa idem ferè tempus, Per
 Sequeria, toties iam ab alijs infelici successu
 ratam Arabicam expeditionē aggredi statuit. Co
 tractis ex omni ora nauibus maioris formæ
 tuor & viginti, bellatorum tria millia impo
 quorum erant Lusitani mille & octingenti
 summam, è Malabaribus & Canarinis exple
 Cum ijs copijs Goa profectus Februario mensis
 anno sæculi huiusce vigesimo, ad Aromata
 montorium Africæ, secunda navigatione
 misit. Ibi cognito ad Giddam stare lex Turcica
 triremes; manusque armatorum cogi ad fauces
 deni occupandas; intra ipsas fauces inuehi, & de
 gitudine sinus emensa, circa Giddā lacessere bello

Turca

Turcas decreuit ; vt si se occasio dedisset , signis collatis de rubri maris possessione decerneret . Hoc animi proposito legens oram , ad Meten vicum , aquandi causa , applicuit , metu desertum ab incolis , vna tantum vetula inuenta : cuius indicio in summa siccitate aqua patuit . amnis erat alueo glareoso sub eam glaream , restate , cursu tacito sese ita latices condunt ; vt nihil humoris in summo prorsus appareat . Anum indicem remuneratus , & in eius gratiam flammis ab eo prohibitis vico , Sequeria in Arabiam non longe ab Adeno traiecit . ibi dum ad Aram (id loco pomen) anchoras iacit ; in scopulum sub aqua latentem illata Pratoria , solutis incussu compagibus extemplo diuellitur . quæ in summis tabulatis erant , cum parte machinarum ægrè seruata . cætera demerso alueo perire . naualis turba (quadringenti numerabantur) in cæteram classem distributi . à Sancto Antonio nomen erat Pratoria . ex eo , Diui Antonij saxa , locus appellatus . Ab hac statione cum ad Giddam recta contenderet Prator , ad eum pertinaci complurium dierum Aquilone prohibitus est ; vt interim aduentante hyeme , idoneum rei gerendæ tempus effluerit . Itaque omisso bello , ad pacem cum Dauide Abassino Rege firmandam animum adiecit . cuius Regis imperium , cætera mediterraneum , modica tantum ex parte ad rubri maris litora pertinet . Eam oram Dauidis nomine tenebat Præfectus maximus , quem honoris titulo Barnagazium vocant . oppidis ac vicis , Præfecti minores præerant . Cum hisce Præfectis de societate agendum erat Sequeria , & legati duo in terram exponendi . alter , Matthæus Armenius , is , qui ab ipso Dauide Helenaque ad Emmanuelem cum donis

ante

ante decennium venerat: atque ob suspectam
 legationis fidem, ab Lusitanis nullo suo
 indigna & acerba pertulerat. alter, Emma
 ad Abassinum erat legatus, Rhotericus Lima
 & in locum Eduardi Galuani, qui superioribus
 annis in ipso itinere, nondum peracta legatio
 decesserat. Simul etiam erat ei Mazua insula
 (Ptolemæis ferarum olim fuit) haud procul
 marano visenda, si fortè locus arci ad eius
 nis custodiam ædificandæ idoneus foret. eam
 Arquico oppido maritimo Abassini littoris
 Æta, perangulto freto ab continente dirimit
 lunato sinu in idem lictus obuersa, in primis
 ac placidam stationem nauibus præbet. ad
 sternis, armentisq; varij generis, in vsum
 sum & præsidiorum abundat. Prætor, totam
 lam per otium cõtemplatus, tametsi Mahometis
 incolebant; tamen, vitandæ inuidiæ gratia,
 incendijs ac præda continuit: Mahometis ve
 num ritè expiatum, intemeratæ Conceptionis
 paræ Virginis dedicauit: ibi per eos dies Chri
 na sacra peracta non semel. Interea ab Arquico
 fecto oratores affuere cum donis & comen
 quibus, vtpote Christi cultoribus, sericum ve
 lum Cruce insignitum, amicitia causa, dante
 illi, cognito Christianos & Lusitanos aduen
 se, cuius gentis fama iam pridem eo tractu
 buerat, mirum in modum gratulati; primis
 nium de Matthæo Armenio cum cura perquis
 hunc ipsum vbi adesse præter expectationem
 diere; & mox in conspectum est productus ve
 da canitie senex; obortæ cunctis præ gaudi
 crymæ. & vulgata eius rei fama, certatim ad
 eos viri amplexus, & manuum oscula confere

Ea demum celebritas, & Matthæum omni suspici-
one liberavit: & Lusitanis, quod infontem adeò a-
spere & inhumanè tractassent, dolorem simul ac
pudorem iniecit: eò magis, quod etiam aliquot è
sacra Visionis æde monachi (multa autem cœno-
bia, ex Diui Antonij fermè institutis, eo toto reg-
no visuntur) salutandi eiusdem Matthæi causa, ad
classem accesserant: qui ab Lusitanis sacerdotibus
linateis, cum symphonia, & psalmis accepti, ma-
gnam animi voluptatem præferebant, non è Mat-
thæi solùm, sed etiam ex ipso Lusitanorum aduen-
tu: quod vetus oraculum sibi à maioribus traditū
ferrent; ex occiduis aliquando regionibus, Chri-
stianæ religionis homines in ea loca venturos. E-
ius vaticinationis promissa, tantæ classis appulsu,
tandem esse confecta; & in illo sacratorum homi-
num cœtu, Hesperiam cum Eoa Ecclesia, tanto
locorum interuallo, dextras quodammodo mis-
cuisse, magnoperè lætabantur. in sermonem deo
cum Arquicano Præfecto vêtum est; & paulo post,
ad stabiliendam societatem (quod ita Daudè vel-
le non ignoraret) Barnagazius cum peramplo co-
mitatu Arquicum proceffit. Paululum ibi alter-
cationis fuit, dum dies locusque colloquio con-
stituitur: littus ipsum aduena: Arquicum oppi-
dum Barnagazius præoptabat, nonnulla faudis ac
periculi suspitione ab Saracenis iniecta. Ad eam
suspicionem tollendam (quando per obsides tran-
sigi, indignum Christiana amicitia & hospitio vi-
debat) cum sinceri animi pignus Crucem nu-
dari & porrigi ab sacerdote iuberet Antonius Sal-
dania, Lusitani Prætoris internuntius; se uero vul-
tu Barnagazius confestim exurgens obstitit; ne-
gans, tam leui de re, tam augusta atrectanda my-
steria.

steria. Quin ego potius, inquit, de iure meo
 dam, meque vtrò in omne discrimen obijci
 ta, mediæ regionis campus, inter oppidum &
 re, consensu deligitur. Barnagazius cum equi
 ducentis, peditum duobus millibus ab Ar
 Sequeria cum sexcentis nõ amplius armatis
 se descendit. ijs copijs in statione vtrinq; con
 sta relictis; cum senis ambo comitibus in me
 prodiere. Primus congressus fuit, mutuo blan
 amicè consalutantium: & Regis vtriusque
 rum, benevolentiam studiumq; accurata or
 testificatum. dein societas ac fœdus hoc ma
 modo sancita. Classarius sacerdos argenteam
 cem in medium attulit: ea Barnagazius pre
 prehensa, nixus genibus: Quam, inquit, pater
 S V S Christus, generis humani Redemptor
 pulis reliquit suis; eadem esto inter nos, qui
 dem Christi cultum profiteamur, ac fidem. Ba
 go pacem (quantum in me fuerit) Regis me
 ne spondeo; atque ita iuro per hanc sacrosan
 nostræ salutis effigiem. In eandem ferme fer
 am conceptis verbis iuravit Prator. dimittit
 colloquio, per triduum ex vtraque parte des
 ficijque certatum. & ingens omnium fuit
 quod opulenti duo Reges terræ marique, cum
 Christianæ rei aduersarios arma iunxissent.
 hæc, Sequeria Rhotericum Limam legatum
 nagazio commendauit, ac tradidit, ad regem
 que tutò mittendum. cuius in comitatu
 honesti viri complures fuere; tum verò Franc
 Aluarus sacerdos: qui dein reuectus in Lati
 eius peregrinationis seriem patria lingua de
 ptam edidit: eodemque postea auctore, Paulus
 uius gentis ritus moresq; latino sermone dilige

ter est persecutus. Per eosdem ferè dies, quibus in Arabico sinu Lusitanus agebat Prator, & Paceno Somaræ insulæ regno, summus Mahomericæ superstitionis Califa seu antistes, nomine Molana, supplex illuc vsque contendit. puerum adducebat duodecim fermè natum annos, Paceni Regis filium: cuius parente occiso, Geinal tyrannus, ab Alodino socero adiutus, regnum inuaserat. huic si contra communem hostem suppetias Lusitani tulissent; restitutum in patrias fortunas puerum, in Emmanuelis auctoritate cum annuo tributo Molana spondebat futurum. Et pupilli orbitas, & Califæ obtestatio apud Sequeriam valuit. Ad Geinalem ex ea possessione pellendum, sex naues cum valida manu armatorum, Georgio Albuquerque attributæ. Cuius rei, & iunctæ cum Dauide amicitiaë nuntios qui ad Emmanuelem afferret, Petrus Vascus in Lusitaniam à Pratore missus, magna toto regno omnium ordinum gratulatio fuit; & in singulis oppidis miro populi studio supplicatum est. Prator, cum egressus freto Calaiatum petijset, Armuziam inde processit. ibi, clauso iam mari, cum magna nauium parte hyemare coactus est. Dum hæc ad Arabiam, & Persidem fiunt; Gox Præfectus interea Rhotericus Mellus Lusitanam rem, haud contemnenda, si crimen abesset, vectigalium accessione ditauit. Idalcanem inter, & Crisnaraum Narsingæ Regem, atrox ac funestum per eos dies exarserat bellum; dum reconciliatæ nuper amicitiaë leges ambo parum sincera fide custodiunt. Idalcan perfugas & noxios è Narsingæ regno contra ius & fas clam admittere, grassari occultis latrocinijs, ac repetentem res Narsinganæ, dolis fallacijq; frustrari. Crisnaraus vicissim,

otij

otij impatiens, bellum denuò optare; & in
 lum urbem Decani regni munitissimam, spe-
 auiditate imminere: quam sibi maioribus
 empram, Idalcanis acersisse regno ægrè fere-
 ergo repetendæ urbis, & Idalcani arma rursus
 tulo specioso inferendi tale consilium impa-
 cenus erat in ipsius aula, Cides Mercar, Ma-
 tano cultu ingenioque, industrius vir, & er-
 ens. Hunc, ad Arabicos equos in usum bel-
 mendas magno cum auri pondere Cris-
 Goam misit: & quò testatior esset res, ad
 factum super tali negotio separatim litteras
 dit, haud dubius, quin per Decanios fines
 riò iter habenti bene nummato viro, Ma-
 prædas eiusmodi sagaciter odorari assue-
 more structurus esset insidias. Quod putan-
 nit. Ingressum Decanios limites Cidem, viri
 iusdem sectæ hominem; quin etiam è Ma-
 tis, vt ferebatur, stirpe genitum; Idalcani
 nis admodum promissis ad se per litteras
 uit. Cides, vel societate superstitionis; vel
 ris stipendij ostentatione adductus; vel
 teruertendæ regis pecuniæ spe; haud gra-
 Idalcanem sese contulit. ille, comiter accep-
 per speciem honoratæ præfecturæ, Dabala
 templò amandauit. ibi, ne quid rumoris
 ret, pecunia spoliatum, per idoneos talium
 norum administratos è medio sustulit. Cris-
 interea, speculatoribus clam apposis, cum
 stæ seriem haud magno negotio comperisset
 tus oblata belli occasione; missis quoque
 ad Reges ac dynastas epistolis; manifestam
 canis perfidiam, & violatas pacis leges
 ter & acerbè conquestus est: dein, ma-
 cum
 vrbe
 fidio
 magi
 tur
 can
 lido
 tion
 tion
 dis,
 ercit
 noua
 bat
 defe
 bilis
 Com
 rum
 pecu
 man
 bus
 quar
 puer
 tia &
 ma è
 labo
 rem
 cum
 sitat
 num
 spec
 tios
 tuar
 uar
 ber

um peditumque contractis copijs, Raciolum urbem obsidione cinxit. Ad eam soluendam obsidionem Idalcan profectus; commisso praelio, magna parte suorum amissa, cum paucis elabatur. Crisnarus victor, non castris modo Idalcanis est potitus; sed etiam Raciolum urbem valido instructam praesidio, crebris iam oppugnationibus frustra petita; metu denique in ditionem accepit. Idalcan interea, remotis oppidis, quod propter siccitatem Crisnarus cum exercitu peruenire non posset; amissa in praesens renouandi belli fiducia, sese inglorius continebat. Ad eius cladis famam, cum alij ab Idalcane defecere; tum Gini, gens in Decano regno prae-nobilis. Eius gentis principes, germani duo fratres, Comus, & Appa, contractis octo ferme armatorum millibus, in subiectos Gateis iugis agros impetum fecerant: inde sine dubio in oram maritimam transgressuri, crebris portibus & vectigalibus quaestuosam (Concanu vocant e regione Goæ) quam Ginorum olim familiae Mahometani eripuerant. Eius orae Praefectus, Idalcani hero auaritia & fraude non absimilis, magna pecuniae summa e vectigalibus portorijque collecta; id vnum laborabat, quo pacto, inter eos tumultus, domini rem ad suum peculium adiungeret. Omnia circumspicenti, commodissima ad fugam, Goa Lusitanorum vrbs visa, id quod tutius faceret; Lusitanum sibi praefectum ante conciliandum ratus; ad specimen probitatis ac fidei petijt ab eo per nuntios, primum vt Idalcani contra Ginios tumultuantes opem pro amicitia ferret. id si facere grauaretur (quod ita fore haud erat nescius) tum libero mendacio suadebat, vt ipse potius in eos por-

tus & vicos, Emmanuelis nomine inuadent
 quiore animo Idalcane in afflictâ fortuna
 rum, suas opes & vectigalia in Lusitanorum
 in perduellium potestatem venisse. Hoc
 accepto Mellus Præfectus, rem ad consilium
 lit. ac tali tempore nemini dubium erat, quid
 quid æquitas, quid amicitia postularet. verum
 pud homines lucra pensantes, utilitas valuit.
 lus cum octingentis ferme Canarinis peditibus
 Lusitanis equitibus ducentis & quinquaginta
 ripo trajecto, Concanum sine certamine
 cupauit, non ausis Givis aduersus Lusitanos
 ferre: & Rhotericum Iufartem cum modico
 sidio ei regioni præfecit. At Idalcane pro
 domino prodito voti compos, Goam plenam
 to auroq; loculos tulit: & quod res occulte
 amico Lusitano cuidam æque fallaci custodie
 initio tradidit. Dein, cum hic depositum esse
 one repereret, ille alter se quicquam accepit
 pudenter pernegaret, neq; chiographum
 staret vllum; ex dolore ac desperatione Mar
 tanus in furorem & insaniam versus, me
 mul cum pecunia perdidit. Fraudator ven
 thesauris male partis incubat securus; in
 morte postmodum, ab eo quod carissimum
 bat in terris, auellitur. Quin etiam ipse
 raus deinde malis artibus receptam urbem
 olum, bello vicissim superatus, amisit. quibus
 & numero peditum equitumque, & vniuersum
 paratu (alioquin fides Barrium, & Osorium
 hos rerum Indicarum auctores appellerent)
 stri expeditionibus longo interuallo præter
 enarrare nostri instituti non est. Postremo, de
 sitanis quidē ipsis, vt in loco exponemus, dicitur

na stetit, minus honeste quaesita possessio. Ita, per omnes eorum scelerum affines peruagata caelestis ira, breui tempore poenas à singulis improbae cupiditatis exegit. Per eoldem fere menses, nouum & multiplex aliud in mari miraculum exstitit. Classis nauium nouem duce Georgio Britto dum ex Lusitania Indiam petit; rostrata celsior Rhoterici Vasai Pererix, in medio cursu, repente, veluti fraeno equus adducto, ita substitit magno cum aquae sonitu ac motu, qualis, vbi in vada & syrtes incurritur, edi consuevit. Eo ipso terrore percussis nauatae, demissa vtrinque bolide, profundum sine dubio mare comperiunt. Cùm inflatis vento velis haereret nauigium nihilominus; dispiciendi causa (quod esset nox) admotis ad marginem luminibus; implexam alueo ingentem belluam vident. Carinae centum & quinque dorantium longitudine, applicuerat corpus; caudae gubernaculum illigarat; alis immanibus latera ad summum vsque cingebat: quas iam in alas per imprudentiam nonnulli manus iniecerant. Ad spectaculum adeò tetrum, ingenti videlicet horrore nauatae militesq; perfusi. vt verò, dolij magnitudine, vasto hiatu nouissime caput extulit; metu exanimati pàne omnes, infernum profectò monstrum diuinitus immissum credere, ad viua tot noxiorum corpora glutienda. Pauci, quibus in tanto discrimine mens animusque constiterat, consultandi gratia in vnam partem secedunt. erant qui contis, & iaculis, ballistisque depellendum suaderent cetum: alij contra, nihil magis tali tempore vitandum aiebant; ne tanta molis animal vulneribus irritatum, concussu ipso & agitatione violenta nauem euertret. in summa inopia consilij, cùm

nihil explicaretur; & maior in singula mor-
 terror instaret; suppliciter ac demissè veni-
 cemque Dei & cœlestium exposcere, atque
 ta precesque confugere placitum est. Neque
 rita fuere. Sacerdos cum linteo, & stola, &
 Crucis in medium prodijt. ab eo, sacris car-
 bus, & exorcismis delinita bellua (mirum
 nulla cuiusquam noxa relicto nauigio, cum
 tentosis narium fistulis ingentem restalle-
 vim, sese admodum placido lapsu in mare
 fit. Lusitani, tamquam ex orco præter spem
 debitas diuinæ clementiæ laudes & gratias
 bant. Circa idem ferè tempus, in Somacran-
 gius Albuquerqueius cum orbo extorrique
 est puero. Ante eius aduentum, tyrannus
 Pacenorum erga se voluntati diffusus, non
 ab vrbe munierat castra; seque intra id
 tum cum tribus millibus armatorum ten-
 buquerqueius, missis qui tyrannum iuberent
 possessione decedere; cum denuntiatione
 que nil nisi verba & frustrationes eliceret
 te Aruano finitimo regulo, castra cum
 dumtaxat Lusitanis aggressus, non sine
 suorum expugnat, ac Geinale interfecto, &
 parte Aruano concessa, qui inter oppugnata
 auersas castrorum portas obsederat; pupilli-
 gno populi assensu plausuque; Regem acclamantem
 & cum annuo tributo in verba Emmanue-
 lum ex fœdere, in patria sede ac domicilio
 locat. Eius pueritiæ regendæ, Molana præ-
 is, qui pupilli susceperat causam: & rei mar-
 cura, Lusitanorum amico Ninacunapani con-
 dita: dein ad Mahometanos in officio commo-
 dos, castellum ipso in aditu portus extru-
 tum.

tum. Quæ ne res, adeò secundæ, nimium Lusitanos efferrent; quo die Geinalis capta sunt castra, ipso die ad Acenum oppidum, leucas à Paceno fere viginti; dein ad Bintanum longè dispari successu pugnatum est. Georgius Brittus, nauibus quinque ab Cocino Molucas petens; cum ex itinere Acena littora tenuisset; auri occæcatus auiditate, cuius vim ingentem in proximo delubro esse audierat; cum centum & viginti armatis in terram egreditur. Huic Abrahamus tyrannus obuiam cum sex elephantis, peditibus mille progressus, pugna commissa, Lusitanos complures temere inuectos, & in ijs Georgium ipsum interficit; cæteros grauiter saucios retro ad mare compellit. Inde in Georgij locum Antonio fratre suffecto, Lusitani Malacam traijciunt. quò cum item Albuquercius paulo post à Paceno superuenisset; duodecim amplius coactis in vnum nauibus, & propugnatoribus fermè sexcentis, Alodino, infestum de more Malacense littus habenti, arma inferre denuò placuit. Is nuper ad Pagum victus, vt supra demonstratum est, in Bintanum haud longè à Pago receperat sese. Ea insula, Sincapurans obdita faucibus, nobili secatur amne; qui ponte iunctus, dein se in mare euomens, portum nauigantibus præbet. Huic impositam anni urbem, insula cognominem, Alodinus, pulso, vt supra docuimus, vetere domino, præclare munierat. ad pontis caput propugnaculum excitarat; à cæteris partibus, serrata structura, ad latera ferienda, vallum & aggerem obiecerat. Portum ipsum, & fallacia vada, & adacti fistuca flexuosi de more stipitum ordines; & in assidua statione paratæ lanciaræ seu lembi egregiè tuebantur. Lusitani, prope cer-

pe certa victoriæ spe profecti, nondum pro-
plorata regione, descendunt; duabusque
partibus ad mœnia subire conati, cum neque
las attulissent, & stagnantibus circum aquarum
raginibus impliciti tenerentur; destinatis
que hostium telis ac tormentis, prompti
quique sternuntur. Nec felicius mari tenentur
pugnatio est, cum & incognita obstarent val-
hostilium nauigiorum agilitas, onerarias
nas, magnitudine ipsa inhabiles, crebris
mentis afficeret. Ita, omisso incepto, & pra-
e suorum numero desideratis, diuersi

ces; Albuquerque Malacam redijt

Brittus ad Molucas, quò inten-
derat, nauigare per-
rexit.

Libri septimi finis.

